miscōia·Natura valde mirabilis facta est et venit tempus miserēdi deus·Econtra veritas·Oportet inquit impleri sermonem dei·morte moriatur·Vt quid ergo ait misericordia me pater genuisti·Oportet enim aliquando misereri aliter perij·Inopposito dicit veritas·Et ego perij si peperceris quia scribitur·In eternum permanet verbū tuū et vsq; in generationem veritas tua. ¶ Quibꝰ altricantibꝰ vnus de astantibus cherubim fuasit regi filio regis omittendum iudicium·Coram quo quatuor prefate replicauerunt put pridem fecerant·Tunc iusticia fatet inquit soror mea veritas zelū bonum habet·Econtra misericordia·ꝙ vtinam sm scientiam·Quam mua sit veritas·tu ait inquit iudicas preuaricatori potius ꝙm iusticie parcendum·Ecōtra misericordia et tu neutri parcis nec preuaricatori nec sorori tue iusticie·Quid me persequeris·Fuerūt de circūstantibꝰ q̄ dicerent·Bonum erat si natus non fuisset homo iste. ¶ Ad que pax ait·Parcite queso non enī contentōnos decet·Tunc iudex filius digito in terram scribebat et postmodum eadem v̄ba in oīm auribꝰ pax legebat sez·Nec dicit perij si natura nō moriaē et ꝙ dicit perij si misericordiam osequē·Fiat ꝙm mors bona ⁊ habet vtraq; qꝫ petit·Stupuē omnes de medio aptissimo·tamē quō inquiunt poterit mors fieri bona q̄ amarissima ē·Et iudex·Mors peccatorꝝ pessima·sed p̄ciosa i cōspectu domini mors iustorꝝ et sanctorꝝ·Preciosa sane si fuerit p̄uatō miserie ianua vite et porta glorie·Quō inquiūt fiet istud·Respōdit Si quis innocēs nulli debitor moriaē ꝑ natura ex caritate·Nimirū caritas fortis vt mors et si fortis illius intrauerit atriū dirípiet vasa eius·Fidelis sermo et oi acceptione dignus reputatus est·Quam obrem veritas exiuit missa i orbem·quesiuit qui nō debitor foret mortis et ex caritate onus subiret ꝙ non reperit·quia omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est vsq; ad vnum nec infans vnius diei repertus est innocens·Redierunt ad constitutam diem misericordia et veritas anxie plurimum·Ad quas pax ait·Vos nescitis quicq; nec cogitatis·Non est qui faciat bonum vsq; ad vnum·ergo qui consilium dedit ferat auxilium·Intellexit filius regis et ait·Penitet me fecisse hominem·nūquid redimere debeo quem creaui·Attamen si tempestas per me sedari potest hominem quem per patrē carissimum creaui·pro tanto homimis bono libentissime redimam. ¶ Ad que pater nature virginibus ait·Exaudite estis·Nec dies nominē·Karissimus meus filius patrem habet hic in celis sed dignum est vt natura cooperante matrem mundissimam pro habitaculo habeat in terris·Ite et regina ipsa natura deuotissimis Joachim ⁊ Anne imperet·imperet et celis et soli que causat generatōnem in obliquo circulo vt tota virtute ad virginis conceptionem adiuuēt·quam filio pro tabernaculo sanctificem·Fit igitur vt conclusum est·Angelus Joachim et Anne mittitur per·xx·annos in coniugio sterilibus ambo iungūtur virtuoso operi·et celum omni virtute p̄fectissimū corpusculum marie formauerunt in Anne vtero·Ex quibus patet primum videlicet

Joachym & Anne

q celum et tota natura hodie actionem habuit in virginem perfectissimam vt probat Alber. super missus est. nam natura habet actionem perfectam et perfectionem. ergo aliqñ perfectissimam. Similiter producit corpus perfectū ergo aliqñ pfectissimū. Sed nō videtur cui maior pfectio fit ascribenda q̄z vḡini. cum ꝑm Dam. a nullo illustriū vincaē. gr̄ē. Nec obstat de corpe cristi quia illd nō natura sed spiritus sanctus formauit. K Secūdo hodie ex sequenti corpus Marie factū est nō solum in oplexione et pulchritudine optimū sed etiā in nobilitate. De oplexōe ꝓbat Alb. vbi ꝑus. q̄ natura facit oplexionē bonā et meliorez ergo aliquādo optimā. sed nō videē cui meliorē deberit nisi huic virgini. Cristus enim a spiritu habuit oplexionem. De pulchritudine corpali ꝓbat vbi supra. nam figuratū nobilius est q̄z sit figura et signatum excellit signum. Sed beatissima virgo fuit p̄figurata per quatuor pulchrimas mulieres. Per Rebeccam que erat puella decora nimis. Geñ. xxiiij. Per Judith que fuit stupor in conspectu omnium Judith. x. Per Rachel. que erat venusta facie et decora aspectu. Geñ. xxix. Et per Hester q̄ vt habeē Hester Primo. Fuit pulchra valde et incredibili pulchritudine oīum oculis grōsa. L De nobilitate vō p eundē Alber. et philosophū ꝑmo politicorum. patere p̄t. idem. Vbi notandū q ad pfectā nobilitatē pta occurrunt. Primo essentia q̄ consistit in vtute morali. ꝑm illud Senece. nobilis est ille quē nobilitat sua vtus. q̄ principalior ps hois ē aia. Secūdo i opatōe honestorum actuū vt q ad pua lucra quis minus inhyat bona minus curet quis. aliena dñia minus timeat et q̄d magnimorum opera ficimitetur q in consuetudinem vsa sint alias seruilis q̄s non libere oditōnis esset. Tercio oportet vt quis oplexionem habeat ad prefata opera dispositam non rusticosaz. Nr̄o etiam exigitur generis nobilis antiquitas. Nuntovt proprias opationes virtuosorum progenitoruz imitetur et exerceat. Sed beata virgo virtuosissima fuit quo ad ꝑmuz secundo honestissimorum exercitiorum operatrix. tercio cōplexione optima. quarto progenitorum nobilium parētela electissima quia sicut Xp̄s Matb. j. a tribo q̄tuordecimis natus fuit ita et ipsa eandez cōsanguinitatem directam habuit et affinitatem videlicet. xiij. patriarcharuz ab Abraham liberrimo. xiiij. regū et. xiiij. ducum. Nunto etiā in nullo degenerauit a virtute predecessorum fuorum. Ex quibo patet q ad nobilitatem non sufficiunt diuitie nec vestes nec pentes nobiles nec alia pta

M Tercio hodie perfectissima aia a deo creata est quam purus hō habere potuit intellectu acutissima et alijs potentijs nobilissima in potētia. que anima velut regina a deo missa est in corpusculum virginis sicut domina in domum et ficut regia i tabnackm optie edificatū. Vñ pū. ix. Sapia edificauit sibi domū. N Nr̄o hodie tā regie q̄z ei9 tabnaculo i custodiā dat9 ē nobilissim9 āgel9 de ꝑmo choro q̄cūq; ille fuerit q̄z vḡo nobilissima fuit q̄ custodiret q̄cq̄d ad eā ptiebat. ꝑm illd ps. Angel fuis māda. de tevt custo. te i oibus tē. Habuit enī beata vḡo q̄druplicē custodē. ꝑmū ab vtero angelū videlicz aliquē nobilissimū. secūdū a

coniugio videlicet Joseph. tercium a conceptione Xpi Gabrielem. et qrtum a Cristi martirio Johannez euangelistam. O Quinto hodie mater nostra secūda eua anima ta est et nobis data et sanctificata. Sūt enī qdruplices filij t matres totidem. qdam naturales vt habētes filios naturales. et sic Jhesus est filius marie. Scdo sūt filij affinitate. vt per sacrm baptismi vl confirmatōnis genitī. et sic Joēs baptista fuit filius Marie cuius allocutōe baptisatus est in vtero Joēs. Tercio sūt filij adoptōe q sūt impiali auctoritate. et sic impator xps in cruce ait Johāni euāgeliste. ecce mr tua. Quarto sūt filij educatōe et speciali cura et sic oēs filij Marie sumus. Vnde canimus. Monstra te esse matrem. Maria mater grē mr misericordie.

P Scdo pncipalie notādū ē qūo ad similitudinē tabnaculi federis beata vgo hodie sanctificata fit. Vbi sciēdū put habet Exo. xxv. et hēb. ix. q tabernaculum duas ptes habuit. pma. xx. cubitos in longitudine et secūda. x. pma vocabat sancta secunda propter sui excellentiam sancta sanctorz. Secūda que est excellentior figmificat animam et interiora beate virginis que excellentissima fuerunt. Prima figmificat corpus virginis et latitudinem totius mundi Marie cōmissaz tam hominū qz angelorz. Fuerunt autem tabernaculi materiale ambe ptes de tabulis sethimis deauratis erecte. figmificantes tam corpus qz animā perpetua castitate permānsura. lignū enim sethim est imputribile et incōbustibile. Deaurata fuerūt quia castitas virginis ex caritate dī maxia pcessit. N Scdo inter sācta et sācta sanctorz velut nobilissimū mediabat ad fignandum q interiora virginis nemo hic vidit vnqz nisi sūmus sacdos xpus q solus ibi requieuit. Tercio tabnaculū qtuor tectis tegebat p q qtuor virtutes virginem tuentes mnuunt. pma et exterior blauei coloris fuit. per que figmificatur pseuerantia et iustitia. Secūda cilicina. tempatie figficatiua. Tercia de rubricatis pellibz per quod fignatur fortitudo. Quarta immediata tabnaculo de byssovarietate mirabili diuersorz intexta. per quā prudētia intelligit. R Quarto in illo tabnaculo quinqz vasa pciosissima posita sunt oīa aurea videlicet. primo candelabrū septem lucernas otinēs. per que septē dona spūs sancti innuunt. Scdo ibi fuit mensa in qua. xij. panes. i. xij. apostoz doctrine figmificant quā hauserūt multū a virgine vt dicit glo. qdaz sup vbo luc. ij. Maria obseruauit oīa tē. Tercio altare aureum vbi incensum offerebat. i. cor vgis i q deuotio sūma otinuit deo offerebat. S Nto ibi fuit archa cū qtuor i ea otētis scz vrna aurea i q māna celestis doctrie. Pēthateuc9 cim legū q. pū. viij. p me pncipes impant t legū oditores iusta decrnūt. Table due moysi. i. obsuāda decalogi. et vga aaron donuz castitatis. Quito sup archā fuit propiciatoriū aureū vbi misericdie exaudimur p eā i nris tribulatōnib. et duo cherubin. i. custodia āgelorz sup propiciatorio. Hoc tabnacm vgis sic olim vet9 tabnacm. Exod. vlt. obumbrauit gria dñi hodie p grāz sanctificatōis i vtero. T Tercio pncipalie nondū q sm tho. i. iij. di. iij. et. iij. pte. q. xxvij. et i. iiij. di. iij. t. xvij. Deus multipliciter sanctificat homines

Quantuscunq; modis sanctificatorq; sunt

is est mundificat gratiaz infundendo et defectus et peccata auferendo. et sunt .xiiij. modi sanctificationis diuine. Primo quoduaz sic sanctificatur a peccato actuali mortali mundene sed non ofirmane sic q; non possint de cetero peccare mortaliter. et illud fit in otritione et confessione eorum qui venialia qdam non curant. Secundo alij sanctificantur ab omni peccato etiam veniali licet modicu duret. vt illi qui in pticulari detestane memorata peccata venialia et in generali omnia alia. Idem fit in eukaristie deuota sumptone interdu. Nonnunq; etiaz in intensa dei dilectione quando alicui deus tantum placet vt omnia peccata ei intense displiceat. Tercio alij mundantur a peccato originali post eorum natiuitatez. sed postea peccare possunt venialiter et mortaliter in adulta etate. vt communiter pueri baptisati vel adulti qui fm contritionem ab omnib; peccatis liberantur. Quarto quida sanctificantur in baptismo et vltra gratiam baptismalem propter merita parentum recipiunt maiorem gratiam quam alij baptisati habeant de communi lege. ficut pie creditur factum circa beatu Nicolaum cuius deuotio prima die natiuitatis sue in stando apparuit et in quarta et sexta ferijs semel vltra fugendo. Et in beato Dominico qui puerulus sepe deprehensus est relicto lecto in terra accumbere. Et in remigio ad cuius matris lac cecus sanatus est heremita postq; puerpere lac eius oculos tetigit. Quinto alij in adulta etate sanctificati fuit ab originali etiam ante baptismum vt Cornelius Actu. ix. Et beatus Martinus cuius opus ante baptismum in elimosinis xpo placuit. Et sic etiam vbi infra manus baptisantis puer decederet baptisandus vel etiam in via moriens qn ad baptismu portatur et diligentia apponitur vt puer baptisaretur. vel vbi parentes precib; obtinuissent abortiuo vt diuina clemetia suppleret quod natura negauit. In hijs enim casibus pie credit puerum saluari. Sexto quidam adulti sanctificati fuit taliter q; i sua baptismali innocentia vsq; in finem pmanserut licet peccare potuerint mortaliter. sicut beatus Petrus martir Tho. de aqno et pres. Septimo qui baptismale graz pditerut et ostriti donuz pseueratie post lapsum a deo habuert sicut multi hodie. Octauo illi in qb; fomes quo ad multa vicia extinctus fuit vt in beata Elizabeth que oratone obtinuit vt filios no curaz nisi sicut alienos. et Tho. de aqno donuz castitatis obtinuit. Similiter sanctus Equicius vt in pmo dyalogo. Gregorius refert. et sanctus Serenus de q Cassianus in colla. prima. q omes mudati esse legune angelica manu ab omni incentiuo libidinis. Nono illi q licet peccatores fuerint tame B i gra ofirmati fuit vt postea no potuerint mortaliter peccare. fe apostoli die pentecostes. Decimo illi q in vtero sanctificati sunt q postea tame solu venialie peccare poterant vt Johes baptista. Jere. et Jacob prchā fm qsda. De q fm apm antegq; natus e dictuz e. Jacob dilexi Esau vero odio habuivt dicit Mala. j. et Ro. ix. Ad qz numerum etia hodie appmaret q ppe fide i vtero mris occideret. Undecimo hodie sola vgo sanctificata e inter puros homes a deo i vtero vt decetero nec venialie nec mortalie peccauerit.

fic enim ſm Tho. in ea p̄ gr̄aīā na-
tura tāte dotata ē vt ñec ad vēiale
nec mortale meliaret nec a bono o-
pere retardaret imo i tm̄ vt in alijs
talia reſtringeret & ab alijs viſa nul
lus de ea temptaretur. ¶ In concepti
one vero filij de nouo ſanctificata ē
taliter vt ſm Anſ. ſub deo ne q̄ret
12 maior puritas intelligi et hec ē. xij.
13 ſanctificatō. Tredecimo ſanctifica-
tus eſt Criſtus nō p̄prie quia a nul-
lo mundatus. ſed vnctus ab inſtan
ti fue cōceptōis ſup omne quod in
telligi poteſt p̄ participibꝫ ſuis. ſed
adhuc paſſibilis fuit p̄pter nos. ¶
12 Quatordecimo ſāctificat̄ anima q̄n
libata ab hac luce a peccatis & pe-
nis deo preſentat̄. tunc lumen gr̄ie
infunditur & omniū virtutū habit9
confirmantur. que nobis cōcedat ꝛē.

De ſancto Thoma apoſtolo Sermo. liij.

Quia vidiſti me Thoma
credidiſti. beati qui nō vi
derūt et crediderunt Jo.
xx. Hoc euāgeliū a p̄ncipio vſq; in finem de Thoma loq̄tur
de quo tria p̄ncipaliter ſunt videnda
p̄mo beati huius apoſtoli omēdatō.
ſecundo noſtri ad Criſtum ſuſcipiē-
dꝫ p̄paratio. Tercio que ſit Criſti
ad nos venientis remuneratō. A
Quantū ad p̄mū notandū q̄ beatus
Thomas p̄ ceteris apoſtolis in trí-
bus commendatur. videlicet in fidei p̄-
fectione. in cicatricū Criſti oñſione.
et in mortis p̄pter Criſtū intrepida
tione. Pro primi tm̄ductōe adūt ēdū
q̄ Thome fides habuit triplicē ſta
tum. dubitatōis. pfectōis et oñ-
mationis. Dubitatōis. q̄ dicimus.
vñ. Niſi videro in manibꝫ ꝛē. B
Permiſit autem deus Thomā Pe-
trum ceteros apoſtolos et nos pmit
tit cadere ſeptemplici de cauſa. Pri-
mo p̄pter infirmoꝝ conſolationem.
vt ſi qui in fide temptantur conſolē
tur in eo q̄ columne eccleſie trepi-
dauerunt. tantūmodo orent p̄ ro-
bore ſicut pater cuius filius a demone
liberari debuit qui Criſto querente
an crederet ait. Marci. ix. Credo do
mine adiuua incredulitatem meam
Et Matth. xiiij. ad Petrū clamantē
dñe ſaluū me fac. dñs ait. Modice fi
dei quare dubitaſti. C Secundo
p̄pter ſanctarum congregationum
excuſationem. Nam i Criſti congre-
gatione modica quidam cecidit et
nunq̄ ſurrexit vt Judas. alij ceciderunt et ſurrexerunt vt Thomas et
alij apoſtoli. Virgo beata nūq̄ ceci
dit nec ſurrexit. nullus ergo congrē
gationi detrahat q̄ plurimi ibi ſta
re poſſunt vel refurgere. Tercio p̄-
pter electoꝝ maiorē feruorē. Ro.
viij. Diligentibꝫ deū oñia cooperanē
in bonū. tales enī refurgūt interdum
feruētiores ſic viatores q̄ videt ſocios lōge p̄ceſſiſſe plerūq; velociꝰ am-
bulāt. Nōto p̄p̄ de ſe p̄ſumentiū hu
miliatōem. j. Coꝝ. x. Qui ſe exiſtiat
ſtare videat ne cadat. Aug. de ciui.
dei. Audeo dicē ſuperbis eſſe vtile ca-
dere i aliq̄d magnū pec̄m vñ ſibi di
ſpliceāt. q̄ iā placēdo ſibi ceciderunt
Salubriꝰ enī ſibi Petr9 diſpliciut q̄n
fleuit. q̄z placuit q̄n p̄ſumpſit. Nā ſpū
alia vicia i q̄buſdā nō curāt̄ q̄ latēt
niſi q̄s in carnalevicijs labat̄. q̄d ptz
Sic i veſte macla nō deprehēdit niſi i
lutū vl̄ cinerē multū p̄us merſa poſt
modū abluat̄. D Nōto p̄p̄ pe-
nitētiū exortatōez. Valde enī de ve-
nia ſpare dz q̄ tātos vidz cecidiſſe & re-
ſurrexiſſe. Bñ. ſup can. Vino p̄pter
mānſuetudinē q̄ ē i te p̄ cuius q̄

te dñm̃ Ihesu audiẽtes q̃ nõ ſpernis pauperẽ peccatorẽ ⁊ nõ horreas Nõ horruisti ofitentẽ latronẽ. nõ lacrimantẽ peccatricẽ. nõ chananeaz ſupplicatẽ. nõ deꝓhensam in adulterio nõ negantẽ diſcipulũ nõ ꝓſecutorẽ diſcipłoz nõ ipos crucifixores tuos. Sexto ꝓpter alioz compassionem. Vnde apostolus vbi ꝑpus. Qui ſe stare putat videat ne cadat. Iuſticia enī phariſeoz est lapſis nõ oꝑati. In peccatore tria ſunt. peccatum qđ odire debemus. natura quã diligere debemus. et pena cui oꝑati tenemur. Septimo ꝓpter fidei cõfortatõnem Thomas dubius fuit. Vnde Grego. Nõ caſu ſ diuina diſpensatõne actũ est vt cũ diſcipulus dubitans in magiſtro vulnera palparet carnis. in nobis vulnera sanaret infidelitatis. ¶ Secũdo fides Thome fuit in statu ofirmatiõis cũ dixit. Dominus meus et deus meus. q̃ tunc ſm Bedã altitudinez diuine virtutis refutrectõne celebrata fide certa penetrauit. Quod autẽ firmã fidem tunc et postmodũ habuerit patet ex septem. Primo q̃ omnia terrena otempſit. Vnde fratri regis plurima ſibi offerẽti rñdit Nihil in terra habere deſiderant hĩ qui cupiunt habere in celestibo potestatem. Aug. Hĩ q̃ vrã fidem hñt de deo nõ cupiũt in his miseriis diuites fieri. Secundo patet in eo q̃ pro fide magna tormẽta ſuſtinuit. Vnd Hebre. xi. Sancti ꝑ fidem vicerũt regna. Et infra. Temptati ſunt ſecti ſunt tẽ. Ideo Matb. xvii. Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis. dicetis monti huic tranſi hinc et tranſibit et nihil impoſſibile erit vobis. q̃ granũ ſinapis q̃nto plus atteritur tanto plus vigoratur. Tercio patz ex ꝓpria ofeſſiõe. Dixit enī deus meus et dominus meus. vbi Criſtũ ſm vtrãq; naturã falſſus ẽ. Quarto ptz ex Criſti ofirmatõne et approbatõe cum dixit. q̃ vidiſti me Tho. credidiſti. Aliud q̃dem vidit q̃ hoiez. ſed aliud credidit. nõ vidit videlicet diuinitatẽ. Ñnto ptz ex eo q̃ tres reges baptiſauit quivt Criſoſ. etiã addit facti ſunt ei adiutores in p̃dicando. Excellentia igit̃ Thome fidei patet in eo q̃ p̃mitias gentiũ baptiſat Sexto ptz in Abagari in fide ofiſtione. nam vt refert Euſebius in eccleſiaſtica hyſtoria. Xp̃us Abagaro ſcriptotenus ꝓmiſit ſe miſſurũ ſibi poſt ſuã aſcẽſionez diſcipulũ q̃ eũ ſanaret et in fide ofirmaret. Nec autem legatõ Thome omiſſã fuit qui ad idem exequendũ beatũ thadeuz deſtinauit. Septimo patet q̃ in ciuitate edeſſã vbi corpus eius quieſcit nullũ infidelem gentilẽ vel hereticũ viuere ꝓmiſit. in quo patz eius zelus maximus ꝓ fidẽ. ¶ Tercio fides eius fuit in statu ofirmatõis q̃n poſt eius mortẽ mutata est in claraz dei viſionẽ vbi modo triplici de cauſa ẽ nr̃ adiutor ꝓ fide optimus. quia ꝑt ſcit vł vult. Prio ꝑt validiſſime. Si enī oia fiũt poſſibilia credẽti vt dr Matb. xvii. q̃nto plus beatificevidẽti. Sedo nouit pleniſſime oia nr̃a diſcrimia i ſpecło eternitatis. j. Coz. xiij. tũc ognoſcã ſic ognitus ſũ. Tercio vult pleniſſime. vñ Ecc. xxxiiij. q̃ nõ ẽ tẽptatus q̃d ſcit. q̃ nõ ẽ exptus pauca recognoſcit. Sz ille i fide tẽptatus fuit. vñ merito hodie petit eccleſia vt eius fidẽ ogrua deuotõe ſectemur

¶ Sedo omendat̃ bẽs Tho. in cicatricũ xp̃i oſtẽſiõe. Maxia enim xp̃i et ſpãliſſima fuit diligtõ et clemẽtia q̃ Thome ait. Infer digitũ tuũ

huc vt ꝓbes ꝑ tactū·et vide manus meas vt ꝓbes ꝑ visū·et ꝑm expositionem Tho. sancti doctoris de aq̄no. visus capit̄ ꝑ q̄libet sensu·quasi diceret·Vide quanta pulchritudo· olfac ꝙ bene oleat·gusta ꝙ bene sapiat·et tange ꝙ bene caleat·Palpauit autē nō solū vidit Thomas cicatrices vt allegat sanctus Tho. August·in liō·de trini·Vnde ecclesia canit·O Thoma didime qui meruisti xp̄m tangere· Circa hoc nota ꝑm Tho.·iij.·pte·q.·liiij.·solutōnem trium questionū·ꝓma·An Thomas xp̄m in q̄nq; stigmatibꝫ nō solum viderit sed tetigerit·Respondet·ꝙ etiā tetigit omia ꝑm Aug·et leonē ꝓpter nostrā fidem firmandū· nō Thome qui ad visum credidit dicente xp̄o quia vidisti me Thoma credidisti· Secūdo an Cristus stigmata ꝓfunda̅ta in resurrectiōe tenuerit·vel solum plana cum nota coloris alicuius Respondet ꝙ ꝓfundata·cum maximo tamen decore·patet illud ex verbis Cristi dicentis·infer digitū tuū quod ꝓfundationem importat·non affer digitū·Similiter ait·mitte manum tuā in latus nō ad latus· Tercia questio cur stigmata reseruauerit·Respondet vt in ꝑmōe habes de feria tercia pasce ⁊ ponit Tho.·vbi ꝓpus similia quinq; causas assignādo Tercio emendat̄ Tho.·in mortis ꝓpter xp̄m intrepidatōne·Vñ Joh·xj.· Cum omnes discipuli timerēt redire Jerusalē circa bethaniaz ad resuscitatōem lazari·Thomas ait·ad omnes condiscipulos·Eamus ⁊ nos et moriamur cum illo· quasi diceret ꝑm Augu·Verum est ꝙ ipse vadit ad mortem et mortis periculo se exponit·tamen melius est nobis simul cum eo mori ꝙ viuere sine ipso·ideo eam⁹ et nos tē·glō·Ecce ver⁹ amātium affectus vel cū eo viuere vel cū eo mori·Joh̄·etiam·xiiij·· Cum xp̄s diceret se recessurum ille de via que fuit di.·Dñe nescimus quo vadis·⁊ quomodo possumus viam scire·Respondit Jhesus·Ego sum via veritas et vita·Nemo potest ad patrē venire nisi ꝑ me. ¶ Nuo ad secundum ꝓncipale notandū quāq; principium euāgelij loquat̄ de aduentu xp̄i ad discipulos in resurrectione. tamen dispositō eadem xp̄i discipulos nos docet quomodo nos ꝓparare debeamus ad aduentū xp̄i in mētem et in carnem ꝑm ꝙ nunc ecclesia representat·Nam sero erat sabbatum et fores erant clause ad cōgregatos et ad timoratos vēit ihesus·ꝑ q̄ ptz ꝙ q̄nq; requiruntur ad dignā ꝓparatōnem·Primū est meditatio mortis·qz sero est finis diei· tunc enī homo domū suam ingredit̄ et ab opib⁹ cessat·Sic in morte hois lux ꝓsens finit̄ i domū eternitatis bone vel male ingredit̄ et opera meritoria cessant·Nec mēoria mortis causat in nobis primo puritatē. Ecc̄.vij·Memorare nouissima tua et in eternū nō peccab·Causat secundo hūilitatē·Ecc̄.x·Quid superbis terra et cinis·vñ amb·i exameron·Respice i sepulchra hoim·q̄d ex te nisi cinis et ossa remanebūt·Respice inq; et dic mihi·q̄s ibi diues q̄s ibi pauper·Sic nulla ē discretō inē cadauera mortuoz·nisi ꝙ ꝗui⁹ fetēt diuitū corpa distēta luxūie crapla·Tercio voluntariā pauptatē·Jero·Facile otēnit oia q̄ sp se cogitat moritu rū· ¶ Secūdū ꝓpatoriū ē tnq̄llitas mentis·qrena sabbatoz·qđ inē ꝓtaē reges·Aduētus enī xp̄i i tnq̄llitate solum hētur dulcit̄ Osee·ij·Et

ducam eā in solitudiē et loquar ad cor eius. Nam Moyses dñm in solitudine videt et ibi pascuit oues ante hoc vtz Exod. iij. et Tren. iij. bonuz est pstolari cū filētō salutare dei. Ideo israhelite misi mare rubz transirent māna recipere nōvaluerunt. Et. iij. Reg. xviij. Nuādiu helyas erat in deserto pascebaē a deo mane et vespere pane et carnibz. Sz in ciuitate vix modicū panis et aq habere potuit. Ideo apli spm sanctum acceperūt sedentes nō currētes. p q oīa intelligiē dulcē xpi aduentuz nō expectare in turbatōne. R Terciū ē custodia domꝰ exterioris ibi. fores essent clause. Sūt aūt in exteriori domo corpis videlicz tres piculosissime porte. auditus visus tos p qs latrōes ingrediunē et thesaurum aie rapiūt. Quis aūt thesaurus sit oīdit apls. j. Cor. iij. Si qs super edificat sup firmā petrā auz argētū lapides pciosos. Per argentū intelligiē hūilitas q in ospectu dei fulget et tamē in ppe vilitatis ogmitō ne lineas migs facit. Cant. j. Nigr sū sz formosa filie ierusalē. Per lapides pciosos intelligiē castitatis margarita. q solū a rore celesti gnaē. quia vt ait sapiēs sapiētie. viij. Nō possuz esse otinēs misi deus dederit. Per aurū caritas intelligiē. Apoc. iij. Suadeo tibi emē auz ignitū. Eua ostium auriū aptū relict ideo pdens ingressus argentū hūilitatis abstulit q voluit esse sic dij. Dauid ostiū visus aptū habens margaritā castitatis pdidit. ij. Reg. xj. Petrus ostiū oris nō clausit. ideo auz caritatis negando pdidit. Nec ppheta Jere. ix. oq̄riē dicēs. Ascendit mors p fenestras nras t ingressus ē domos nras Claudanē gē. ita. vt auri spina. orí statera. et visui fedus apponaē. De pmo Ecc. j. Sepi aures tuas spinis t noli audire linguā neg̃. Reprehensio eni est spīa. De secūdo dr Ecc. xxj. Verba prudentū statera pderabūtur. Statera eni fūt vba liberatice. De tercio Job. xxxj. Pepigi fedus cū oculis meis. ne cogitarē de vgine. q in sanctis viris cor facit pactū cū oculis q nulla illicita sibi psentent. L Quartū est vnitas ogregatōis. q erāt simul corpe scz et mēte vniti. Cōsociari gē debemꝰ cetui paupz p elemosinas cetui deotoz in ecclesia. et multitudini beatoz p oīes. q Math. xviij. Vbi duo vel tres fuerint ogregati in nomīe meo in medio eoz sū. Nonmimus aūt valēt q̄z duo ppter geminā caritatē. Nātū ē vtus timoris p pter metū iudeoz. Timor autez ille spe debet esse tempatus. tūc eni timor facit sancta desideria sancta suspiria t iusta opa. de qbz. Isa. xxvj. A timore tuo dñe concepimꝰ et q̄si pturiuimus et peperimꝰ spīm. M Quo ad terciū pncipale. nōndū q ppatis xps in suo aduētu fiē i euāgelio tangiē q̄nqz dona oferet. Primo i medio stabit. cor vocēdo mediū tenē in cūctis opibz. Bñ. ad Eugemū. Tene mediū si nō vis pdē locū. Locus medius tutus ē. Exēplū. Si cordā in cythara artifex tendit multū rūpiē. si paucū murmūat vel nihil soñat. si mediū dulciē camit. Sedo xps pacē dabit. j. Jo. ij. Aduocatū hēmꝰ apd patrē Jhm iustū. et ipe ē propiciatō pro pcīis nr̄is. Ecce h aduocatus hz sapiētiā i allegādo. ideo dic aduocatū Patez i obtinēdo q dei filiꝰ. ibi. apud prem. Volūtatē hz i miserādo. Multi eni pma duo habent. et tamē nolūt p alios aduocare. Sed Cristus

omnes saluare vult·ibi· Ihm q̄ interp̄tat saluator· Habet rectitudinem in iudicādo ·q; iustū· Vnde nec munere amore odio nec timore corrumpit̄· Habet etiā efficaciā in pficiendo· Multi enī ptrahūt causas· sed xp̄us est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris· ecce fimis· Tercio xp̄us insufflauit spiritū sanctū· in quo augmētum caritatis dat̄ intelligi que est vita aie· Vñ Joh·xv· Qui manet in me & ego in illo· hic fert fructū multum· q; sine me nihil potestis facere Sumptio enim deuota eukaristie vel auditio deuota missevitam ammep prie roborat· sicut et panis corpus· Vnde Joh·vj· Ego sum panis viuꝰ qui de celo descēdi t̄· Quarto familiarem se recipienti facit· et ei latus et manus ostendit et pedes· Nā pedes ostendit illi quē aduersa portare patienter instruit· Illi latus ostēdit quē ad amorē deuotōis accēdit· Sed manus ostendit quādo in opa ꝓdire iuuat· Numto xp̄us in se credentes ex caritate beatificabit cum dicit· Beati qui nō viderūt et crediderūt· Quam beatitudinē nobis cōcedat qui in eternū viuit et regnat·

De sancto Stephano Sermo·y·

Qvm esset stephanus plenus gratia et fortitudine faciebat signa et ꝓdigia magna in populo· Actu·vj· Tria sūt videnda que notantur in themate videlicet ·primo sanctitatis copia ibi·plenus gr̄a· Secdo animositas et virilitas ostantie ibi·fortitudine· Tercio exemplor̄ differētia·ibi·signa & ꝓdigia· A Quātum ad ꝑmum nota hystoriā Act·vj·et vij·i missali abbreuiata est & eā Jacobus in lombardica clare & optime exponit· Quomodo enim electꝰ est diaconus· B Nota Act·vj· sex doctrias· Primo q; nīla congregatio tam pfecta ē quin guerre ibi aliquādo insurgāt ibi·murmur grecorū· Secūdo q; mulierū cause sunt illicitis assumende·ibi·vidue eorūdem· Tercio q; labores sūt discrete diuidendi·ibi·in q̄tidiano misterio· Nōto q; consilium est habendū ante electionem notabilem alicuius ibi·quo cantes multitudinem· Quinto q; apti orationi et doctrine non se debēt temporalibꝰ exterioribꝰ occupare ꝫ melioribꝰ·ibi·elegerunt Stephanū·

C Secundo nota q; tripliciter demon temptat· Primo blandiē ꝑ sperīs· Secdo astuta infidiatur· Tercio terret minis·vtz ꝟ de sancto Stephano q; bene se habuit per triplex bellū vbi vicit imo quadruplex· Primo i ꝑsperis officijs bene se habuit Secūdo in disputatiōe non poterant resistere spiritui qui loquebat̄ p eū· Tercio otra falsos testes eum accusantes blasphemasse deum Moysen legem et templum· otra que cōcilio iudeorū in vultu angelico vbis ꝓpis se defēdit· D Quarto otra mortem quā sibi intētabant iudeos prudentissime arguit· Primo pudore dicens·quem ꝓphetarū non sunt persecuti patres vestri· Secundo timore· ecce video celos aptos et Ihm stantem scz tanq̄ potentez a dextris dei Tercio amore vt p se stando orauit et p lapidantibꝰ genua flectebat & voce magna clamabat·ne statuas illis hoc peccatū· Demum obdormiuit in domino· E Nota q; in peccatis mortalibꝰ decedentes moriuntur q; corpus & anima mortui sunt· Sed in carētibꝰ mortali fit solū somnus in

domino. Quia sicut in somno corpus mortuū est sensibꝫ et anima viuit ratione quare faciliter excitatē homo ita in morte deuotoꝝ anima viuit et tamē corpus mortuū ē. ¶ Quo ad secundū pncipale nota. q exemplo beati Stephani ad fortitudinez siue virilitatem ꝑm Alber. j. de aialibꝫ et ossimilia tangit plꝫus in. iij. ethicoꝝ seu i. iiij. vt alij diuidūt libꝝ exigunt septē. Primo vt vir tendat ad honore digna solū id est ad vtutes et iuuātia ad vtutes. Sic canit ecclesia de apostolis Christo dicēte. Estote fortes in bello et pugnate cū antiquo serpēte et accipietis regnū Secundo vt non sint dolosi sed aperti in suis causis iustis. quia malarum mulierē ꝑpū dolo acqrē qđ fortitudine neqūt. ps. Viri sāguinū et dolosi non dimidiabunt dies suos. Tercio vt scientie necessārie viri se multum tradant. quia ingenium habēt elegantius mulieribꝫ. Vnde puer. xxiiij. Vir sapiens est et vir doctus robustus et validus. Quarto vt corpus ꝑ seruitō spiritus et dei animo se muadāt cum oportuerit. qr corpꝰ tanqz seruus debet seruire spiritui non dñari. Non sint ergo mollesvt mulieres. Quo ytra Isa. v. dñs ꝺr. Ve qui ossurgitis mane ad ebrietatem sectandū. et potando vsq ad vesperā vt vino estuetis. Cythara et lyra et tympanum et tibia et vinum in quibꝰ vestris. et opus dñi non respicitis. Job. xxj. Tenent tympanū et cytharam tē. et in puncto ad inferna descendūt. Quinto vt nō sint facil odij et inuidie sed tardi ad irā puia deliberatōne matura. Mulierū enim est cito irasci et canū. Vñ pū. vij. Melior est homo patiēs viro forti. Sexto vt sint liberales. Nam pro modico debent curare temporalia. nisi quantū valēt ꝑ virtutibꝫ. Vnde de muliere forti pū. vl. dicit. Manuz suam misit ad fortia et digiti eius apprehenderūt fusum. Et immediate sequit. Manū suam aperuit inopi t palmas suas extēdit ad pauperem. Septimo debent ꝑ republica morti se exponere et nihil nisi turpia timere id est peccata. Vnde Ecc. iiij. Pro iustícia agonizare pro anima tua et vsq ad mortem certa ꝑ iusticia. ¶ Sed hic nō q multi putant esse fortitudinez vbi nulla est sed falsa. Nā vbi aliquid commune habemus cum bestijs nulla ibi virilitas est. g barba plixa non facit virum quia cap et hircus i his habundant. Non in fortitudine brachioꝝ. quia in ꝺ vrsi. Non in velocitate pedum. quia in hoc leones. Non in actu luxuriandi quia i hoc asini equus mulus et gallus. qui. xv. ꝑ sufficit vxoribꝫ. Non in pulchritudine. quia pauo in hoc excellit. Sed vt ait psalmꝰ. Non in fortitudine equi voluntatē habebit neq in tybijs viri beneplacitum erit ei Beneplacitum est domino super timentes eum t in eis qui sperant tē.

ꝺ Quo ad tercium pncipale nota exemplum Augustini de ciuitate dei libro. xxij. de muliere maledicē te septem filios suos et septem filias et cetera. Queritur etiam quo modo Stephanus fuit gratia plenꝰ cum de Christo et virgine idem dicat Respondetur q fuit plenus quo ad sufficientiam officij sui. Virgo autē plenior. quia puroꝝ omnium hominum gratiaz excessit. Christus plenissimus quia non ad mensurā. Itē primus habuit mensuram plenam. secunda coartataz. Tercius superfluētē. vñ. De grā eiꝰ oēs accepimꝰ

¶ Notandum etiam q̄ septem ꝓuilegia beatus Stephan⁹ habuit Primū q̄ primus diaconus est ꝯsecratus. Secundū q̄ temporalibꝫ p̄ latus adhuc deuotissime spūalibꝫ mi-nistrabat et sic actiuus et ꝺtemplati-uus fuit. Terciū inter electos xp̄ianos tanq̄z virgo castissimus viduis ē p̄fectus. Hec tria habuit tpe p̄speritatis. Quartū quia oīnibꝫ in ofilio in specie angelici vultus est demon-stratus in signū innocentie. Quintuz quia vidit gloriā dei t Ihesū in hac vita. imo ꝑm glosam sicut paulus et Moyses diuinā essentiā. Sextū quia intentissime p̄ inimicis orauit flexis genibꝫ. et p̄ se nō legit̄ genu flexis-se. vñ Aug⁹. in p̄mone hodie. Si Ste-phanus nō orasset ecclesia Paulum nō haberet. Hec tria habuit in tri-bulatōne. Septimū morte est p̄mus martir noui testamenti. Vnde Ste-phanus grece dicit̄ coronatus seꝛ q̄ ꝺruplici corōa. aurea essētialis p̄mij rosea martirij. stellea doctrine. et la-pidea v̄ginitatis. Ista septem repe-riesActu. vj. t. vij. i textu implicite.

De sācto Johanne euā gelista. Sermo. vj.

Petrus vidit discipulū quē diligebat Ihesus sequen-teꝫ Joh. vltimo. Tria fūt videnda. Primo videnda erunt put de autenticis haberi po-test libris p̄ncipiū ouerfiōis illius di-scipuli mediū et termin⁹ vite. Secū-do videbitur de istius discipuli p̄emi-nentia speciali. et quomō eum sequi debeamus in castitate. Tercio exē-pla sunt de eo dicenda et de diuerso-rum morte. A Quātum ad p̄mū notandū q̄ Johes apostolus et euā-gelista filius fuit viri zebedei scilicet et Marie salome sororis beatissime v̄ginis. frater Jacobi maioris et di-scipulus Johānis baptiste. Hūc cri-stus vocauit ad virginitatis statum de nuptijs. De quibꝫ habet̄ Joh. ij. Facte sunt nuptie in cha̅na ꝛ̄. vbi erat Ihesus et mater Ihesu. Nam q̄ eedem nuptie fuerint Johānis ꝫ̄ ꝺz in plogo sup Johānem in glō. Au-gustin⁹ ibidem. Sz obicit victor. Cū v̄ginitas sit ꝓpetue incorruptionis meditatō non est credendū q̄ Johā-nes cui testimoniū phibetur de v̄gi-nitate consenserit in actum carnis. Respondet Nicolaus de lyra. q̄ cō-muniter tenetur nuptias fuisse Jo-hannis hic. tum quia Cristus ibi fu-it qui non legitur in alijs fuisse nu-ptijs. tum quia mater ihesu ibi fuit tum quia Jero. dicit in plogo. Joh̄ eum vocatū de nuptijs. Ex isto etiā recepit ecclesia q̄ alter cōiugū non iūctus carnali copula ante hoc po-test intrare religionē q̄ est cristi di-scipulatus. Gorra dicit sup Johem q̄ quia maior auctoritas ocurrit q̄ Johānis fuerint nuptie illud tenē-dum est Et hō signū potest haberi ex littera p̄fata q̄ Johes erat con-sanguineꝰ dñi ihesu et ob hanc cau-sam Jpe et mater eius ad nuptias fūt vocati. Et quod obicit victor du-pliciter soluit̄. Vno modo q̄ nō ofē-serit i actum carnis siue copulā car-nalem absolute. sed sicut v̄go Ma-ria dispositiōi spūs sancti se cōmisit vt sic iste discipulus qui erat virgi-nem Mariam seruaturus i modo v̄gi-nitatis cum virgine cōueniret. Alio mō dicit̄. Esto q̄ ꝺsenserit abso-lute. tñ v̄tus v̄ginitatis nō fuit mi-nuta q̄ licite ꝺsenfit. q̄ cū virgitas dicat incorruptōez mētis et corpis tripl̄r p̄t p̄di. à corruptōe vtriusq̄ t

obicit gratiam victor

Virginitas p̄t stare cū matrimonio non tamen carnali copula

obiectū solutū

† Nota dnesset d' gregorio hic male vsq̄ ibi q̄ tpe suarelli ... appetit hoc vsq̄ ibi q̄ dicto ... t ... ‖ † p̄ ... ‖ vide ibi

sic tpaliter et eternaliter perditur. Aut corruptõe mentis tm̃ · et sic qs redire potest penitentia vel ꝓposito mutato vt Johes facẽ potuit · Aut corruptione corporis tm̃ · et sic pdiẽ tpaliter · sed nõ eternaliter · qr gloriam vginitatis talis multe corrupt9 habebit · Sed tm̃ sicut dic̃ Jeronimus non debent tales inter sacras vgines vel sacras se reputare · Nec de Gorra · Tamen sanctus Tho · in post · super Joh̃ · ij · dicit · q nõ ẽ ꝓbabile eas dem nuptias Johannis fuisse · qr ille nuptie fuerũt post vocationem apostolorum inter quos erat Johannes vt patz Math̃ · iiij · et Luc̃ · v · Vñ nõ est credendũ q postea retrocesserit et vellet vxorẽ ducere q̃ vsq; tunc vginitatem suauerat · hec Tho · Cõcordãtia doctorum doctorum vel medium videtur esse q Johannes vocatus sit de nuptijs · licz non de istis Joh̃ · ij · sed de alijs · Et illud videtur stare cum glõ · et non contra · Tho · Plura igit̃ hic priuilegia habuit · Nam virgo fuit ⁊ pmansit · Item h̃ vnus trium in trasfiguratione fuit · Item in cena domini · super pectus Jhesu recubuit ꝑm Thomã · qr stupefactus ad verbũ illud videlicet vnus ex vobis me tradet · quia sacramentũ eukaristie deuotissime et dulcissime recepat post quod quieuit · et quia de fonte sapientie in quo sunt oĩes thesauri sapientie et scientie dei potare debuit et euãgelium pfectissimũ · ꝓphetiam ꝓphetiarum Apocalipsim et epl̃as · Item ibi vbi nullus apostolorꝝ nec Petr9 interroga re audet quis sit traditor · hic ad petri nutũ querit xp̃o ꝓximus quis eũ traditurus sit Joh̃ · xiij · Item Joh̃ · xx · audito a mulieribꝫ xp̃i resurrectione Petrus et Johes currebant simul · Et Actu · iij · Petrus et Johs ascẽdebãt in templũ ad horã oromis nonã · Et Joh̃ · vlt̃ · Postq̃ cristus petro dixit de termino fuevite p crucẽ tanq̃ de dilecto socio quesiuit Petrus · hic autem qd scilicet facturus est · nũquid mecũ mãsurus ⁊c̃ · Item post xp̃i ascẽsionem quomodo in asia p̃dicauerit ⁊c̃ · Vide in lõbardica et de termio vite · ℞ Notãdũ secũdo q in vbis thematis et in p̃ncipio euãgelij septẽpliciter Johannes omẽdat̃ · Primo q iuuenis xp̃m seq̃ cepit ꝙ petrus senior fuit · ibi · seq̃ntem · Jere · treno · iij · bonũ est viro eũ por · iugũ dñi ab adolescen · sua ⁊c̃ Secũdo q vgo pmansit ibidem · seq̃ntem supple xp̃m vginẽ ꝓpter q̃ meruit filius vginis fieri · Tercio xp̃i discipulus verus fuit · ibi · discipulus ·

Cristus q̃nq; in scolis p discipulatu docuit · Prima lectio fuit terrena relinquere Luc̃ · xiiij · Qui nõ renũciauerit omnib q̃ possidet nõ p̃t meus esse discipulus · Secũda ogenatos et se ddire · ibidez · Si qs venit ad me et nõ odit patrẽ et mr̃ez adhuc aũt et aiam suã nõ p̃t esse meus discipulus · Tercia lectio patiẽtiã in adũsis ibidem · Qui nõ baiulat crucẽ suaz ⁊ venit post me nõ p̃t meus esse discipulus · Quarta lectio est deum et pximũ diligere · Joh̃ · xiij · In h̃ ognoscent oĩes quia mei estis discipuli si dilectõez habueritis adinuicez · Mãta xp̃i vba suare · Joh̃ · viij · Si mãseritis i ẽmõe meo vere discipuli mei eritis · Qz illa oĩa Johs habuit ⁊c̃ · Nr̃to ipm spãliter dilexit · ibi · illũ discipulũ quẽ diligebat Jhesus · C An aũt xp̃s pl9 dilexit petrũ q̃ Johãnẽ vel ecõuerso · q̃ ad infusionẽ caritatis solus deus nouit dic̃ Tho · h̃ certũ ẽ eũ Johi q̃dã dilectõis signa

singularia ostēdisse·quia iunior magis innocens et purior·sic et patres hodie iuniores plus diligūt q̄busdā signis·vtz in pūtia trāsfiguratōnis et in cena·Quinto ipm cubiculariuz fecit·ibi·recubuit. Ad litteram enī ibi quieuit in latere christi quia iā eucharistia vnitior fuit. Sexto theologum summuz fecit·ibi·sup pectus ihesu·Ibi enī aqua sapientie salutaris potauit eum adeo·vt ꝑm Origenem noticia paulū excesserit in q̄busdam·quia iste in celuz raptus et ille sup celū·Iste in paradisum·ille vltra omnem paradisum i Apōc·Iste audiuit que nō licet homini loq̄·ille vidit vnū vbū in quo oīa de quo loq̄ potuit p̄dicare et scribere. Septimo eum aduocatū apl̄oz fecit ibi·et dixit·dñe quis ē tē. ℔ Sequit̄ in litera·Dixit supple Petrus ad Ihesū·Dñe ꝫ aūt q̄d supple sustinebit. Nō Cristus p̄mo Petro eccīaz omendauerat·secūdo se mori i cruce p eccīa et xp̄o p̄dixerat vbo et gestu ostendens ad litterā eunto·Vñ xp̄s dixit petro. Seq̄re me·q̄d cū petrus ad litterā facēt·in signū q̄ cruce moriturus xp̄m sequi vellet. Iohes etiam petrū sequi cepit·ad quē petrus cōuersus et statim facīē ad xp̄m vtēs quefiuit q̄ morte Iohes deberet mori. qz valde sibi socialis erat et illud Iohes q̄rere erubuit·Ex q̄ patz q̄ familiaris fuerit xp̄s petro pmtenti et alijs. Rñdit Ihesus·Sic eū wlo manē supple in pace fine martirio·donec veniā·eū muitādo i celū·tu me seq̄re supple p crucē·Quid ad te q̄modo Iohes decedet. Ex q̄ patet q̄ cristo curiosa q̄rere nō placet in aliis sed necessāria ad salutem et vtutū pfectōez·Hoc vbum discipuli intellexerunt q̄ Iohs nō deberet mori. q̄ tñ xp̄us nō dixerat q̄ exijt·tē·Documentū habemus q̄ nō p magno reputādū est si error surgit inter deuotos i obscuris dūmodo non sint ptinaces et statim dimittant informari a supioribz·Scimus qz verū ēst test·eius·quia Iohannes que vidit audiuit z tractauit p̄doneū testimonū dare potuit· ℭ Cur autē tacet Iohannes nomē suū·Rñdēt triplici de causa·Vna ꝑm Bedam· vt ex circūlocutione nominis p̄prij videlicet discipulus quē diligebat Ihesus·autenticetur testimonium sui euangelij·quia sic ostendit se vidisse que scribit·Secūda tangitur in p̄ncipio presentis euangelij·vt scilicet ostendat Petrum post contritionez tam familiarem Cristo factum sicut Iohannes innocens fuit in cena imo hodie Petrus a Cristo audet q̄rere quod Iohannes de sua morte non audebat·Terciavt animet nos ad Cristi discipulatum. ℱ Nuo ad secundum principale·nota q̄ non est inuentus similis illi·Primo·quia iuuenis Cristi apostolus factus est·Secundo quia a nuptijs virgo inter apostolos legitur electus. Tercio dilect9 discipulus et secretarius Cristi vt patet in suscitatione puelle et transfiguratione·et cristi oratione in agonia·et etiā marie confessoz capellanus ꝑm Alber·sup missus·et vltra paulum vidit diuinā essentiam ꝑm Origenem·vnde in aq̄la simpliciter figuratur·Quarto qz i Cristi pectore dormiuit·vnde hausit doctrinam ex qua dicitur theologus p̄e ceteris·Quinto aduocat9 apl̄oz fuit i cenavbi nullus interrogare audet de traditore misi Iohes· Sexto qz apl̄s et sūm9 euāgelistaz fuit imo qz ꝓphārū maxim9· vtz in

A poē. et sic fuit etiā euangēlista di scipulus et apls. Vñ t ꝑm Origenē m q̄busdaz paulū excellit. Septimo q: mrem xp̄i omendatā habuit. Octauo q̄ de spāli xp̄i cura in pace q̄ euit. xcix. anno fine dolore mortis mortuus ꝑm Iero. sic beata virgo. Nono a dolore mortis sic̄ virgo Maria ꝑm Iero. alienus fuit. Decio q̄ a xp̄o cum apostolis vocatus fuit. Vn decimo q̄ māna in signū sue castitatis de sepulchro eiꝰ scaturiuit. Duo decimo q̄ ꝓbabiliter ꝑm Tho. tenetur sicut virginem mariā in celo assumptū in corpe et anima. In cuius signū nihil i sepulchro reptum fuit de priori corpe. et māna celestis repta et lux magna in eius deceſſus p̄sentia. Nuo ad terciū principale notandum est q̄ Iohannes est martir voluntate nō nece. Fit aūt quis martir sine gladio exemplo Iobis ꝓ septem. q: i quolibet de septē quis alia quali vita p̄uaē. Est enī mors p̄uatio vite. Vñ tot mortes fuit ꝑm Augusti. q̄t vite. p̄ma vita seu delectatio est iuuenalis libertas q̄ p̄uaē qui discipulatui et iugo xp̄i se subiecit vt Iohannes adolescens. secūda est vidtus et consodalitatis voluptas. cui moritur quis ꝓ tpantiam. Vñ Iob. a nuptijs vocaē vbi ouiuiā sunt. tercia diuigñ socialitas. cui q̄s moriē castitate vt ꝑus de Iobe. quarta ē diuitiaz copiositas. cui morimur paupertate. Vnde Iobes dicere potuit. Ecce nos reliquimus omnia. Math. xix. q̄nta quietis ociositas. cui morimur ꝓ laborem licitū. Exemplo Iohānis qui piscatus est. p̄dicauit scp̄ fit. Marie procurator et eps fuit. sexta ē vite naturalis diuturnitas. cui ꝓ martirij desideriū resignamus. et sic Iobes in olei dolium missus est. septima est fame p̄ciositas. cui morim̄ patientia. exemplo Iobis qui in exilium ꝓpter bona sua est missus. Dic p̄mo septem vitas. secundo septem virtutes ꝓ quas fit mors. tercio exē plifica de Iohanne et nobis.

De Innocentibus. Sermo. vij.

Futurum est vt Herodes querat puerꝝ ad p̄dendū. Math. ij. Tria sunt videnda. Primo videbiē de expositōne euangelij. Secundo quō puerí ad ihesu similitudinem fint regē di. Tercio quid respondeat bene rectis in ratione gaudij. A Nuā tum ad p̄mum nota q̄ tria in euangelio dicunē. p̄mo ponitur angeli p̄monitio. Secundo Ioseph cum suis pegrinatio. Tercio herodis in infātes persecutio. In illo tempore. Angelus domini dixē. Sed quo tempore. Respondeē q̄ post festū purificationis statim ꝑm Bedam. nam post reditū de Ierusalē. p̄mo pentes Ihesu se transtulerūt in nazareth a templo et tūc angelꝰ apparuit Ioseph Sed cur tā statim. Respōdeē vt exēplar xp̄s esset pauptatis. Deo enim herodes obesse potuit nullatenꝰ. Sz cur apparet Ioseph nō Marie. Respondeē. tum q: maritus erat et curam domus habuit. tum q: velut imꝑfectior q̄ vgo plus de ꝑsolatōe angelica idiguit. Surge et accipe puerū. nō dic̄ tuū. q: vginis tm̄ erat et spūs sancti. et matrē eius tē. Sz cur in egyptū fugit. Rñdeē vt ꝓphetia impleretē. Vt etiā ꝑm Aug. egyptꝰ consolareē p̄sentia dei que tot plagis olim p̄mebatur. et vt eis oñdere tur virginem peperisse vt postea tā geē. ficq̄ cultū ydoloz ibi minuēē

Vnde et postmodū pfectissimi pres egyptum in habitatōibꝫ pfecerunt vt ptz in vitas pīm. ℞ Nui ofur gens. secūda ps est. Vbi adūte quō Ioseph euigilat. mīem excitat et somnū narrat. Dicit aūt nōne accepit puez t mīem eiꝰ nocte. Vñ xp̄s de q̄te excitaē. nocte portaē cū grā di sollicitudie. Sz cur nocte. Respōdetur. quia fuge aptior est. et sic regi fuga mīmꝰ poterat indicari postmodum. Et licet haberent de tutela Christi reuelatōez. tñ debebāt facere q̄ humanitus poterāt. Circa qđ dic Crisoꝰ. Misericors deus mestis rebꝫ q̄dam etiā iocunda pmiscet. qđ certe in sanctis oibꝫ facit. quos neqꝫ tribulatōes nec iocūditates fimt habē cōtinuas. sed tam ex aduīs simul cū pīsperis iustorꝫ vitam q̄ammirabili q̄dam varietate otexit. ℔ ille. Exēplum. Nam in natiuitate a pastoribus magnificaē vt deus. in octauo die circūcidiē. vt iniustus. die. xij. a magis p stellā adoraē et mēbra mīfantilia in stabulo iacent plorātia. et postq̄ a symeone et anna extollitur statim in exiliū relegaē. ¶ Notādū etiā hic q̄ i hodierna epla Apōc. xiij. septē puilegia vl vtutes tāgunt innocētū. Pro intellectu g̃ eple optz videre hystoriā Apōc. iij. et. v. Primū puilegiū ē q̄ habēt nomē agni. i. xp̄iani et dei. q̄ p̄s. Ego dixi dij estis et filij t̄. Habebāt aūt ℔ nomē scriptū in frōtibꝫ suis. i. in apta ofessiōe. Dicit aūt xp̄s agnus. q̄ mermis māsuetudine. q̄ prudens mīem in cruce nouit et lupuz t̄. q̄ in omni ptevtilis nob. q̄ nō murmurauit patiēdo. et q̄ ymmolationi aptus. Ecce ꝓpetates agni. Agnus g̃ Christi hūanitas stat sup mōtē syon. i. specula supple diuitatis cui inmitit̄ natura hūana. et cū eo cētū t̄ determiatus numerus p indetermiato ponit̄. Secūdum puilegiū innocētum ē spālis cant9. ibi. et audiui t̄. Nui cantus est magnus. quia tangꝫ vox aquarum. i. ꝓphetarum. Est acutissimus sicut tonitrui non terendo ꝫ distanter sanādo. Est nouus q̄ cantabant quasi canticuz nouū sez noui testamenti primi laudatores. Est dulcissimus quia cytharedorum. t̄. Nō q̄ dicit in suis non in alienis cytharis. cythara est aīa. corde fūt corpis mēbra. sed plectrū est conatus. Est mirabilis q̄ nemo poterat t̄. Let9 etiā fuit quia in celo ante sedem dei et ante quatuor aialia t. xxiiij. seniores. Tercium q̄ virgines t incorrupti sunt corpe ideo cū mulieribꝫ non fūt t̄. ℔m Tho. i. iiij. di. xlix. pueris q̄buscūqꝫ ꝓpter naturalē incorrupti onē corpis sup̄ pmiū essentiale speciale gaudiū dabit̄. Quartum xp̄i imitatores fūt in ope pfectissime caritatis. ibi. Secunt̄ agnū quo t̄. et sic p̄mi milites. Nam mātirio coronati sunt et aureolam habent q̄ndam specialem ℔m Tho. vbi p̄us. Nutum q̄ sunt tangꝫ p̄mi fructus ecclesie et xp̄i pueri noui. quos pruina psecutiois precoquit. ibi. empti t̄ sunt xp̄i merito quod ab instanti oceptionis ad patiendum habuit. Sextum. primi fūt fidei confessores nō lingua sed moriendo et sic innocentes ore. ibi. In ore ipsorum et cetera Vbi speciale gaudium. Septimum est cordis innocentia et omnis actualis peccati carentia. ibi. fine macula. nam ℔m Thomam vbi prius etiam pueri de innocētia anime specia le habebunt gaudium. ❡ Sed que mvia acciderunt quando in egyptū fugert. Rñ. q̄ mr tenera t Ioseph

Ihesum portauerunt et tamen distã
tia longa fuit·via muia et deserta·
quia per desertũ p quod filij israhel
ad terrã pmissionis se transtulerũt
Item vt dicitur in de vita Cristi p
lubolfum·distantia est ad iter curso
ris p·xij·vel·xv·dietas et p pentibo
Ihesu forte erant duo menses vel
spaciũ pluriũ mẽsiũ·Item dic Anſ.
q ad mcentiuuz amoris vtile est vti
opmatiue hystoria de latrone·seclu
sa tñ omñi affirmandi temeritate·Et
recitat ibi Anſ·in hec verba·Opina
re vezũ esse quod dicit Ihm esse a la
trombo oppelxensum in via et adole
scentis cuiusdã beneficio ereptũ· Er
rat is vt dicunt pncipũ latronũ filius
qui preda potitus·cum puuluz in
matris gremio conspexisz tanto in
eius speciosissimo vultu splendoris
maiestas apparuit·vt eum super ho
minem esse non ambiens incalescẽs
amore amplexatus est eũ·O mĝt be
atissime puulorũ si ad tempus se ob
tulerit mihi miserendi tunc memen
to mei et huius temporis noli obliui
sci·Ferũt hunc fuisse latronem qui
ad dexteram dñi crucifixus in cruce
Cristum intuẽs velut deum iterum
implorauit·Nec de Anſ·Item vt di
cit in hystoria scolast·qñ Jeremias
p captiuitatem in egyptum ductus
fuerat gplxetauit egyptijs q in fu
turo q̃dam virgo pitura esset·et tẽ
omnes dij et omñia ydola egypti rue
rent·Egyptij ergo imaginem vgi
nis cum puero sculpẽbãt ⁊ sibi etiã
pagani sacerdotes honores exhibe
bant· Quam obrem Stolomeo re
ge egypti querente olim a sacerdo
tibo cur pfata ymago adoraretur·
Responderunt Jeremiam gplxetasse
Nec autẽ gplxetia modo quando cri
stus cum matre intrauit egyptum
est impleta·Nam omnia ydola egy
pti corruerunt et virginem sicut p̃
dictum fuerat peperisse indicauerũt·
Illud enim etiam per Isayam videz
tur gplxetatum dicẽtem Isa·xix·A
scendet dominus super nubem leuez
et ingredietur egyptũ et mouebun
tur simulachra egypti· F Tue
runt igitur ad quandam ciuitatem
Ihebayde i egypto·que vocatur e
lyopolis et ibi aliq̃z domũculam con
ducentes habitarũt per septem an
nos tanq̃z aduene peregrini paupe
res·Item refert·Cassiodorus in hy
storia tripartita·q in prefata ciui
tate arbor est que cum virgo cũ pu
ro veniret se inclinauit vsq̃z ad ter
ram Cristum dominum quodammo
do supplicíter adorando·Item nota
hodiernam famaz sarracenorum in
alkarano dicentium fontem de quo
solo balsamus irrigari potest fuisse
tempore beatissime vgĩnis quam di
cunt ibi Cristũ lauisse·et ideo p bal
sami conseruatione valere· G
Sequiẽ·Et mittẽs supple Herodes
occidit omnes pueros a bimatu id ẽ
spacio duoz annoz·Nam ſm omu
nem opioez illud non fuit hodierna
die sed reuoluto anno a xpi natiuita
te et q̃tuor diebo·Nõ quõ ſm Anſ.
xps infãs tot i se et suis teneros vel
tristicias recepit q̃t mortes et vul
nera pueri receperũt·Vox i rama·i·i
alto vsq̃z ad·audit9 est ploratꝰ tẽ·
Rachel q ibi sepulta circa bethleez
et etiam q i terra beniamyn vicina
terre iude·i·bethleem mlti occisi sũt
Beniamyn eni ex rachel natꝰ est q
